



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Syntagma Iuris || Vniuersi, Atqve Legvm || Pene Omnium
Gentium, Et || Rerum Pvblicarvm Præcipvarvm,||**

Grégoire, Pierre

Francofurti ad Mœnum, M.D.XCIX.

VD16 VD16 G 2999

2 de Episcopis in vniuersum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-97739](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-97739)

Idolorum memoriam, fere illidem sacerdotii nominibus, sed longe alio existente sacerdotio. Sic Romæ reiecto summo pontificatu idololatricæ vniuersalis & totius orbis, & summus pontifex veræ & catholicæ religionis, can. *Beati Petrus & Paulus*, 2. q. 7. Et in locis in quibus pontifices archisacerdotes, & flamines gentium, plantati archiepiscopi, & episcopi, & sacerdotes fidei nostræ, c. *urbes*, can. *in illis*, 80. dist. Nec tantum Romæ id factitatum est, sed etiam in Britannia, vt testatur *Gildas*, de *victoria Ambrosii Antelii regis Britonum*, & *Gothifidus Monomutensis Brito seu Anglus in historia Britonum*, & *Tricemius*, lib. 1. *compendii annalium Francorum*, ca. 1. de *priui. li. 5. Decret. tit. 13*. Et in aliis præstantioribus provinciis, & in earum insignioribus ciuitatibus, quibus tantum istæ maiores dignitates conceduntur. ¶ *Panepiscopus*, ¶ id est, omnium summus, & præcipuus episcopus Deus est apud *Dionysium Areopagitam*, in diuisis nominibus: & apud *vatem Erythream*, in *Sibyllinis oraculis*. Is enim sua prouidentia & virtute, omnium curam habet, omnia intuetur, omnibus prouidet. Dominus noster Iesus Christus summus verusque sacerdos, qui seipsum obtulit sacrificium pro omnium salute, in ara crucis patri Deo, cuique cura de nobis omnibus.

10 *D. Paul. ad Rom. c. 2. 3. 4. 5. 8. 9.* ¶ *Patriarcha* ¶ *Græcis πατριάρχης*, dicitur primus vel princeps seu honorabilior inter patres, seu inter prælatos, vt legitimus in sacris literis fuisse 11. patriarchas, *Athuum*, c. 7. & *1. Paralip. c. 8. & Thob. 6.* Patris nomen, non tantum ad genitores pertinet, sed etiam eo nomine honorabiliores digni sunt. Sic enim *Græcis πατὴρ* pater dicitur, quasi πατὴρ ἡμῶν, id est, seruans ex se genitos. Quamobrem senatores a *Romulo* facti pro consilio reipub. dicti sunt honoris causa, patres ab eo, & eorum filii & posterii *Patricii*, *Linus*, in *1. Dionys. Halic. in 2. Salustius*, in *bello Jugurthino*, l. 1. de *emenda. C. Infirma*. Et iterum venerandi & seniores patres: & hoc nomine *Fabium Maximum* honorauit *Minnutius*, his verbis apud *Plutarchum*, in *vita Fab. Max.* πατὴρ δὲ ὁ παλαιὸς πατριάρχης ἡμῶν ἐστὶν ὁ ἄριστος ἐστὶν ὁ ἀρχαῖος πατὴρ ὁ ἀρχαῖος πατὴρ ὁ ἀρχαῖος πατὴρ. Quamobrem episcopi, & qui præstant ceteris auctoritate in ecclesia, patres dicti, cano. *sexta synodus*, 16. dist. can. *si. 68. dist.* Et in sacra pagina illi quoque patres, qui doctrina, & verbi sacri prædicatione nobis verbi Dei ingenere cogitationem. Hæc ratione & *D. Paulus Corinthios* alloquitur, 1. ad *Corinth. 4. Si decem millia padagogorum habeatis in Christo, sed non multos patres. Nam in Christo Iesu per euangelium ego vos genui*. Et rursum ad *Galatas 4. Filii mei quos iterum parauero, donec formetur in vobis Christus*. Patrem ergo nominari, dignitas est: maior autem, ¶ *patriarcham*, seu patrum principem dicit. ¶ Porro ¶ *Patriarchæ* quinque tantum in orbe & in ecclesia catholica, & totidem patriarchatus. Quorum adhuc vnus summus & vniuersalis, vide *sfidorum*, anno 577. vt omnia ad vnitatem & pacem reducantur: & is primus & summus patriarcha, est *Romanorum pontifex*, qui sedet in prima, & apostolica, & digniori sede. Post hanc, ordine quatuor alii dignitate se consequuntur: *Constantinopolitanus*, *Bizantiensis*, *Alexandrinus*, *Antiochenus*, *Hierosolymitanus*, secundum definitionem sextæ & octauæ synodi, c. *pon. & si. 22. dist.* & concilii generalis, c. *antiqua*, de *privileg. lib. 5. Decreta. tit. 33.* & decretis *Nicolai*, *Anacleti*, & aliorum summorum pontificum, in *ca. omnes*, & c. *sancti*, ca. 22. dist. Nihilominus & ii patriarchæ: episcopi dicti, & summus ipse pontifex, can. *prima sedes*, 99. dist.

11 ¶ Appellatur ¶ etiam *Papa* episcopus Romanus a *D. Ignatio*, his verbis ad virginem Dei genitricem scribens: *Verus est sermo, quem audisti Roma de te apud beatum Papam Anacletum, cui successit beatus tuus dignus Clemens, Petri & Pauli auditor*. Hocque nomine *Papa* etiam nunc dicitur summus Christianorum pontifex in

12 terris. ¶ Quomodo modum ¶ etiam apud *Græcos* ceteri patriarchæ, & ceteri & reliqui simplices episcopi, *Papa* nominabantur: noua alia ratione, quam qua patres appellati. Cuius rei fidem faciunt epistolæ, quæ inter apologetica *Athanasii* leguntur, quarum hæc inscriptiones, *Ischyria beato Papa Athanasio*. Et rursum, *Victor & Constantinus Maximus scribunt beato Papa Athanasio*. Et apud *Gregorium Turonensem*, episcopi nomine, petenti clerico vas vel vicem ecclesie inter prædam ab ecclesia sublatam, *Clodoueus Francorum rex* quamuis infidelis respondit, quæ *Papa* poposcibat se adimpleturam, *Gregor. Turonens. lib. 2. historie Francorum*, cap. 27. παππῶν. ¶ *Græcis* maior pater dicitur: seu auus. *Iulius Pollux* enim sic explicat, lib. 3. ονομαστικῶν. παππῶν δὲ πατὴρ δὲ παππῶν. Neque vox tam noua est, vt falsidium mouere possit doctores: am & vulgus *Græcorum* sic eorum parentem

vocabant, vt apud *Homerum*, *Odyss. 2. fen. 5.* Nauticam puellam legitimus sic compellantem patrem:

παππῶν εἶμι ἐκ δὲ δὴ μοι ἐπαρῆσθαι ἀπὸ πῶλον ἰσθλῶν, εἰ μὴ κλον, &c.
id est,

Pater cave, veline mihi apparere curram excessum rotundum, &c. Scythæ hanc appellationem quoque vt mitiorem & benigniorem norunt. Et vt *Herodotus*, lib. 4. *Qui regii Scythæ vocantur etiam Neptuno sacrificant appollantes Vestam ligna sua Tabiti, Ionem Papam rectissime*. Itaque summus pontifex *Papa* per *Antoninam*, solusque pater dicitur: Quando & verum sit quod *D. Hieronymus Episcopus ad Nestorianum de vita clericorum*, scribit, quemque subditum esse debere suo pontifici, quasi animæ patenti vel patri. Et hoc loco videtur rithi lapsus *Albertus Krantzius*, lib. 5. c. 38. dum ait summum pontificem non fuisse dictum patrem, nec sanctissimum dominum olim.

De summo pontifice sedis apostolicæ.
Cap. 3.

- 1 *Papa seu pontifex summus, vnus summus, sine pare, & rationalis & 4.*
 - 2 *Sacerdos summus inter ethnicos vnus.*
 - 3 *Item apud Hebræos.*
 - 4 *Roma sedem primam & apostolicam esse, & potestatem culmen docetur.*
 - 5 *Papa plena potestas, & beneficium maius summum pontificatu. Et que possit solus summus pontifex.*
 - 6 *Concilia vniuersalia quare non debeant, nec possint congregari alia auctoritate, quam summi pontificis non Imperatoris, vel regis.*
 - 7 *Schisma in pontificali auctoritate abominabile.*
 - 8 *Pontifex summo pontifici subditi, vt membra.*
 - 9 *Pontificibus subditi & laici Imperatores, & magistratus inter gentiles quoque. Rex sacrosanctus cur intro ductus, eod.*
 - 10 *Imperatores inaugurati sacerdotibus quare. Pontifex summus fuerunt Imperatores aliqui ethnicorum, eod.*
 - 11 *Pontifex Romanus summus ex omni orate Ecclesie catholice.*
 - 12 *Pontifex summus qualitates & insignia, & vestitus, & ornatus.*
 - 13 *Religio peperit diuitias, que eam suffocant.*
 - 14 *Prelatorum, & ecclesiasticarum personarum luxus improbandus.*
 - 15 *Summus pontifex vnus tantum esse vno tempore potest. Scribitur a aliquot notata, eod.*
 - 16 *Pontifex summus quis eligi possit.*
 - 17 *Pontifex sum. a quibus obligatur. & 18. a viuente, clero post approbante, dehinc principe. Linus & Cleus adiutores in temporalibus D. Petri.*
 - 19 *Imperatoris consensus quando adhibitus, & sublati in electione summi pontif.*
 - 20 *Pontifex summus a cardinalibus eligendus: & de forma electionis.*
 - 21 *Pontifex sum. electioni que obicitur possunt.*
 - 22 *Pontifex summus non potest eligi femina, quare.*
 - 23 *Pontifex sum. electus, quare salla forat a sedere in beaturum primum.*
 - 24 *Pontifex sum. electus inuoluitur, coronatur, confirmatur: & quid gerat ante hæc, & differentia rescriptorum ante & post emissionem.*
 - 25 *Bulle integræ, & non in segra in rescriptis sum. pontificis ratio.*
 - 26 *Pontificatus summa dignitas finis.*
 - 27 *Pontifex summi potestati quæ reseruat.*
- ¶ *N* dignitate summi ¶ pontificis vnitas consideratur, vt ille sit primus omnium ecclesiarum princeps, l. 4. de *Summa Trinitate*. & *side cast. C. can. in nomine*, 23. dist. *ca. omnes*, 21. dist. 2. 1. nemo autem aliorum pontificum sit illi par. Dominus noster Iesus Christus, vnus solum vniuersarum omnium ludrum pastorem reliquit *D. Petrum*: & vni soli, presentibus omnibus apostolis, pascendi oues & agnos reliquit sollicitudinem a morte suscitatus, ad partis dextram ascensurus, *D. Ioannis*, ca. 21. *D. Marci*, c. 16. can. *sacro sancti*, 22. dist. c. *quano*, de *translat. episcop.* Ecclesia vna catholica & vniuersalis, ca. *ecclesia*, de *consecr. dist. 1. ca. Nonianus*, 7. q. 1. vna columba, *canonic. cap. 6.* sponsa vna, & mater electa, quæ vnus debet esse viri, c. *cum non ignores*, de *præbend. vna fides*, ad *Episcopos*, c. 4. *D. Ioan. euang. cap. 17. Athuum 4. ad Galat. 3. vnum baptismum*, ad *Ephes. 4. vnum eorum generale principium, Vnus Deus, ad E. h. f.*